

LECTIONES ÆSTIVALES
TAM PUBLICAS QUAM PRIVATAS,

RECTOR

ACADEM. LUDOVICIANÆ
MICH. BERNHARD.
VALENTINI,

Med. D. Archiater Hasso-Darmstad.

& Prof. P. Ordinarius,

DEO vitam viresque corporis & animi

DOCENTIBUS. conservante,

Ex Præscripto Legum

GENEROSIS atque NOBILISSIMIS

ACADEMIÆ CIVIBUS

intimat & commendat

Die VII. Aprilis, Anno MDCCXX.

SUB SIGILLO ACAD. MAJORI

G I E S S Æ,

Typis Viduæ Joh. Reinh. Vulpilii, Acad. Typ.



IN FACULTATE THEOLOG.
JOANNES CHRISTOPH. BIELENFELD

Prof. Theol. Primarius.

IN *Lectionibus publicis* ad Textus difficiliore in Epistola ad Romanos progredietur, methodo, qua hactenus usus est, Exegetica, Porismatica & Homiletica, simulque Praxin concionandi, singulis septimanis, cum Auditoribus exercebit. *In Privatis* Theologiam Moralem continuabit, & Consilia Theologica in casibus arduis, juxta seriem Articulorum fidei, suppeditabit.

JOH. BARTHOLOMÆUS RÜDIGER,

S. S. Theol. D. & Prof. Ord.

Juxta facillimæ & in omnibus fere manibus hodie versantis *Theologiæ di ἱερίων* filium, lectiones *privatas* hinc cœptas, cumque *B. Bajero* utiliter conferendas, continuabit, & ad calcem ut eò citius decurratur, horas & operas quoad ejus facere potuerit, conduplicabit: Pro *publica* vero Cathedra, *insignia*, in *libris V. T. Historicis de CHRISTO* obvia *Loca* è textus originalis visceribus, juxta *B. D. Maji Oeconomiam Temporum*, explanabit, àque *ψευδεργωνεία* aliorum breviter dilucideque liberabit; Neque in cæteris, quæ ex ipso petentur, sive in *Libros Symbolicos*, sive alios *Scriptores Polemicos*, Collegiis, ad *provehenda Auditorum* studia, munus suum qualecunq; recusabit.

CHRISTOPH. LUDOV. SCHWARZENB /

SS. Theol. Dr. ac ejus Ordin. Prof.

Singulari TRINIVIVS DEI Gratia porro fretus, in publicis atque privatis *Lectionibus*, ad *Cursus Theologici* sui *singulas*

gulas Tabellas addet explicando, quibus utilibus & necessariis omnino supplendæ sunt; ast Quæstiones, argumentis Adversariorum institutis formaliter, ac horum accuratis amotionibus, amplificabit: Item in Enchiridion à se confutati Socinianismi, quibuscunque Mercurii Sabbathique diebus, applicando notas, earum & usum æque dilatando ac dilucidando, disputabit.

IN FACULTATE JURIDICA.

MELCH. DETHMARIUS GROLMAN,

Jctus, Consil. Hass. Darmst. Acad. Cancell. & Prof. Jur. Prim.

Publicè Criminalia tractabit. Privatim Digesta à lib. XX. continuabit, ac Instit. propediem ad finem perducet. Collegia nova ad Illustris Dom. de Ludolf-Commentationem Juris Cameralis Systematicam, nec non Schwederi Jus Publicum B. C. D. auspiciaturus.

LUCAS SMANZ, J. U. D.

Consil. Hass. & Jud. Aulici, quod Marb. est, Adessor, ut & P. P. O.

Publicè Deo clementer annuente Jus Feudale ad Examen Sam. Stryckii explicabit. Privatim vero in Collegio ff. ad Struvii Syntagma sedulo perget, nihilque industriæ suæ deesse patietur, si quocunque modo Juris Cultorum conatus atque studia promovere poterit.

IMMANUEL WEBER, J. U. D.

Consil. Hassiac. & Jurium Professor P. Ordin.

Collegia, *Pandectarum*, ad Compendium Lauterbachii, & *Institutionale* aperiet; ubi Deus vitam dederit, illud intra annum, hoc intra sex menses finiturus. *Publicè Prætorum cum Judice Pedaneo* judicium peragentem, & quidem in *causa rei vindicationis*, licentia siset, ut Antiquitatum curiosi de veteri Romanorum procedendi modo, cujus cognitio multarum legum intellectum facit, inde planius informentur.

JOH.

JOH. HENRICUS MOLLENBECIUS,

J. U. D. ejusdemque Prof. Extraord.

Publicè hora VIII. materiam de *ultimis voluntatibus* explanabit. *Privatim Institutionum, Pandectarum vel Juris Publici* collegium, prout Nobiliss. Dnm. Studiosis utile visum fuerit, aperiet.

IO. FRIDERICUS RYSEX / VI

J. U. D. & P. P. Extraord.

HAc aestate occasione conventuum publicorum, quos, patris nomine, composito iterum bello, Gentes celebrant, actionem de pace *publice* recitabit. *Privatim* novis Justinianeis suis Jus Naturae & Gentium ad ductum Libelli Pufendor- fiani de O. H. & C. tra et, & ad Institutiones Juris Justinianicas denuo quam explicatè commentabitur. Qui profectiores sunt, iis pro desiderio, vel Juris feudalis explicationem, vel ad aliam legitimae scientiae partem Praelectiones suas quam promptissime offert.

IN FACULTATE MEDICA.

JOH. CHRISTOPH. HERTIUS,

Med. D. hujusque Prof. & Archiater Hasso - Darmst. Primar

Ubi otium aulicum ipsi permittet versari in Academia, non deerit, si quacunq; ratione Philiatricorum conatus promovere poterit.

JUSTUS FRIDERICUS DILLENIUS,

Med. D. ejusdemque P. P. Ordinar. Colleg. Medic.

Academiae Senior.

Cum piaculum sit Hippocratem tot Saeculor planè indefensum dimittere, Oracula S. Aphorismos ejus, instante semestri æstivo, adversus injurias atque calumnias Sycophante Sinapi masculè defendere, ac veritatem eorundem ex interpretibus

γνηστεις.

(5)

35

gentis adstruere sataget: *Privatas* suas operas Dnm. Philiatro-
rum votis ac desideriis l. m. q. accommodaturus utique
dum res, & aetas, & sororum
filiam trium patientur atra.

D. MICHAEL BERNHARD VALENTINI,

Archiat. Hass. Profess. Med. Ord. & p. t. RECTOR

Publicè publica, incrementum Academiae concernentia:
Privatim autem privata Philiatrorum desideria, DEO vi-
tam & sanitatem indulgente, sic curabit, ut omnibus utrobi-
que pro virili satisfaciatur.

D. JOH. CASIMIR. HERTIUS,

P. P. Ordinarius.

Non dubitat, quin eo gratus Dnm. Commilitonibus futu-
rum sit, si *publicè* rei herbariae deliciis exponendis ope-
ram denuo dederit, quo majus incrementum horti medici-
proventus sumserunt hactenus. *Privatim* desiderio pariter
atque captui eorum sese accommodabit.

D. IO. MELCHIOR VERDRIES,

P. P. Extraordinarius.

Publicè magni HIPPOCRATIS *Aphorismos* evolvat & e-
nucleabit. *Privatim Institutiones* explicabit. Nec in a-
liis Medicinae partibus, si idonei Auditores accesserint, studium
& industriam suam desiderari patietur.

D. JO. THOMAS HENSING,

Med. P. P. Extraord.

Publicè hora VIII. matutina *Axungiam Naturæ h. e. oleum*
vegetabilium, *pinguedinem animalium, sulphur minera-*
lium ita exponet, ut r.) ex *Historia Naturali eorum* pateat or-
tus, nascendi ratio, locus natalis &c. 2.) & chemiâ aperiantur
mixtionis principia, diversitates, effectus simplicium & mix-
torum

eorum cum aliis corporibus, medicamentorum præparatio-
nes &c. 3.) ex Medicina monstrantur usus & applicatio ad
morbos corporis humani debellandos. *Privatim* desiderio
Dnorum Philiatorum omnino etiam prodesse studebit.

IN FACULTATE PHILOSO-
PHICA.

MICHAEL BERNHARD VALENTINI,
Prof. Phil. Experim. Ord.

AUcto jam machinarum curiosarum numero *Collegium
Physicum experimentale*, DEO clementer annuente,
denuo aperiet, naturam illic per artem ita demonstraturus, ut
utraque scala sit ad τ' ἀνωτέρας.

JOH. HENRICUS MOLLENBECIUS,

J. U. Doct. Prof. Civil: Ordin.


Publicè *Prudentiam Civilem Justinianeam*, præprimis quæ
decimo, undecimo, atque duodecimo *Codicis*, *Libris* con-
tinetur, recensabit, *privatim* vero *Collegium in Cancell. uestris
Hertii Elementa Prudentiæ Civilis* vel *Aphorismos suos* ha-
bebit, & in quibuscunque aliis profectus *Nobiliss. Dn. Com-
militonum*, DEO benedicente, adjuvabit.

IMMANUEL WEBER/ D.

Historiar. Profess. P. Ord.

IN gratiam eorum, quos in *Historiam universalem* Introdu-
ctionem desiderare percepit, per instans semestre *Jo. Conra-
di Dieterici Breviarium historiæ Civilis* explanabit. *Publicè
de Pæremiis historicis* Disputationes continuabit.

MAT.



MATTHIAS NICOL. KORTHOLT,

Eloqu. & Poët. Prof. Ord. Academ. Biblioth. Praefectus.

DE O fauente hora matutina VIII. publicis Praelectionionibus die Lunae ac Martis in doctrina de conscribendis epistolis perget, die Iouis & Veneris selectiores ex Ouidio elegias interpretabitur: die Mercurii publicam Bibliothecam aperiturus. Porro priuatis laboribus Introductionem ad eloquentiam ciuilem latinam & germanicam hodiernam praecipis & exemplis sic tradet, vt exercitium in epistolis & orationibus simul adiungat, interea nec collegium stili practicum more solito tractandum omissurus. Denique ad promouendum rei litterarie studium Cl. STRVVI huc facientem Introductionem vtilibus & a re non alienis obseruationibus explanabit.

IOH. GEORG. LIEBKNECHT,

SS. Theol. D. & Mathem. Prof. Ordin.

Publice ex Elementis suis Geographiae Vniuersalis vsu in globorum dabit, cui privatim Geographiam Historicam & totius Matheseos principia, recens inchoanda cum praxi perpetua, addet; cum illis vero, qui horum vsu iam valent, *Analysis* speciosam s. *Algebram* continuabit, nec aliis decrit, qui vel *Chronologiam* & Historiam sacram desiderant, vel alibi ingenii vires publice disputando exercere optant.

IO. HENR. MAIVS,

Antiquitatum & Linguae Graecae Orientaliumque Prof. P. Ord.

EX voluntate auditorum, quibus sacri Graeciae scriptores plus arriserunt quam profani, praeterito semestri spatio, post datam nonnullorum Epigrammatum, antea ineditorum, interpretationem, Actus Apostolorum exposuit; ac posthac Euangelium S. Lucae, ab eodem, vt plerique existimant, auctore profectum, publice hora III. commentario Philologico



Illustrabit. Priuatim vel in lectione textus Ebraici V. T. perget, pedemque ad difficilioreſ Prophetarum libros promouebit, vel Antiquitates docebit, vel quidquid futuris auditoribus libitum fuerit.

IO. MELCHIOR VERDRIES,

D. Phil. Natural. P. P Ordinarius.

Publice ad *Tria Naturæ Regna* aditum patefaciet. *Privatim* desideria Nobiliff. Dn. Dn. Commilitonum expectabit, iisque pro virili satisfacere studebit.

D. JOH. CONRADUS ARNOLDI,

Logicæ & Metaphysicæ Prof. P. Ord.

DE Fanaticis & Fanaticismo, præsertim Philosophico, publice praeleget, ejusque tum Veteris, tum Recentioris diuersas classes, à Philosophia Rationali, imo & a Theologia, aberrantes, expetentibus plenius privatim enarrabit. Privatas Logicæ ac Metaphysicæ Lectiones, si ita visum fuerit Dnn. Auditoribus, secundum Methodum Philosophiæ Instrumentalis Buddeanæ instituet; nec tamen eorum deerit studio, qui Rudrauffianæ fuerint affueti; continuaturus etiã ex Historia Philosophica Exercitium disputandi publicum.

SEBASTIANUS MASSON,

Designatus *Philosophiæ Pract. Prof. Publ. Ordin.*

Habita prius Oratione Inaugurali, *privatim* Collegia Ethicæ, Politicæ ac Juris Nat. & Gentium aperire: *Pro Lectionibus publicis* verò theses vice quaque ventilandas proponere constituit.

